



Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuritur ... contra
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &
heriditarias quasi successiones

Epo, Boetius

Duaci, M.D.LXXXIIX.

35 Venditiones, pactiones, transactiones beneficiales.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

sed nihil hoc habet cum beneficiorum permutationibus commune. multoque minus hinc pertinent rerum ecclesiasticarum alienationes tum canonibus Apostolicis tum perpetuo iure deinceps insecuto prohibet c. alienationes. 11. q. 2. venditiones præterea pactionesque beneficiales cum transactionibus exagitantur apud eundem Gratianum tanquam simoniaca. c. si quis dator. cum seqq. 1. q. 3. sed extra casum permutationis ubique loquitur Gratianus, interuenientibus nimirum pecuniis absque beneficiorum ecclesiasticorum redditione mutua. Quamquam temporibus fere iisdem sub Alexandro 3. Synodus primùm Turonensis dignitatum permutationes fieri prohibuit c. maioribus. in ipso fin. de præbend. de qua prohibitione videto concilium Lateranense sub eodem Alexandro 3. celebratum, parte 30. c. 4. apud Laurentium Surium Tom. 3. Concilior.

Fôrtibus & originibus ita breuiter indicatis, veniendum tandem nobis est ad singula capitula; quæ reperiuntur de beneficiâ hac permutatione quinque tantùm; videlicet hæc. Capitulum Quæsitum. c. cum olim. c. cum vniuersorum. de rer. permutat. in Decretalibus, & c. vnic. eod. tit. in 6. cum Clement. vnic. tit. eod. Ad quæ singula quæstiones excutiemus oportunas, prout ordo nos verborum contextus monebit; veterum Iurisconsultorum in legibus & Senatusconsultis & Edictis Prætoriiis intepretandis morem secuturi.

CAPP

34
Alienationes
rerum Eccle-
siasticarum.

35
Venditiones,
pactiones,
transactiones
beneficiales.

36
Permutatio-
num harum
origo.

37
Iura permuta-
tionum be-
nificialium
huc pertinen-
tia et hic ex-
plicata.